

BIBLIOTEC
DE LA
UNIVERSITATIS
SALAMANCA

Caroli Camusij Di- uionensis Iuris studiosi,

De iis quæ ad Tutorum excusatio-
nes pertinent ad Herenn. Mo-
destin. libellus.

Ex suo Centonum Iur. ciuil. libro.

Cum Priuilegio Regis.



P A R I S I S.

Apud Galeotum à Prato, ad primā columnā
Palatij Parisiensis.

1552.

COLL. SOC. JESU SALM. EX DONO REGVM.

Iacobus Bionæus lectori S.

V M Camusio nostro magna nobis intercedit necessitudo, quam ob clara eius studia non inuiti cum illo contraximus. Ille cum infinitos propemodum locos Iuris Civilis, non sine insigni diligentia dígessisset in formam Centonum, secedensque in Italiam fidei nostræ cōmendasset: non sum tamen veritus (quamquam & hominem mihi amicissimum sèpius interpellassem de eis in lucem emittendis) hunc tibi libellum de tuorum excusationibus, tuique caussa decerpere, ac veluti de tota massa detrahere. Visus est enim mihi ex aliis locis maxime conueniens, qui in formâ istam redigi posset. Reuerso illi, cum factum communicasset, ac voluntatem suam longius distulisset, impetraui tandem ut & ab eo probaretur, & cōmēdaretur, publici potius nomine, quam priuatae gratiæ aucupandæ caussa. Esto itaque tibi, & iudicium amici nostri solertia, & in nos benevolentia. Fecimus enim ut in manus tuas exiret, quibus laborem quidem istum commisimus, non alterius rei caussa, quam studiorum tuorum viam excitandi. Hoc itaque bene fruere, & amici nostri candori gratiam habeto. Vale.

A. ii.



CAROLI CAMVSII Diuionensis Iuris studiosi,

De iis quæ ad Tutorum excusationes
pertinent ad Herenn. Mode-
stin. libellus.

Ex suo Centonum Iur. Ciuil. libro.

V N T in iure ciuili quampluri-
ma, quæ tutores dari crearique à
magistratibus non permittunt.
Sunt præterea & alia permulta,
quæ datis tutoribus præstant ex-
cusationem, vt à tutela & cura
conquiescant, veluti Affinitas^a: Plurium liberorū^{a. s. penult.}
numeris^b: AEtas senio confecta^c: Tutelarum^{Infl. de ex-}
copia^d: Absentia^e: Paupertas^f: Ciuiles admi-^{cus. tucor.}
nistrations^g: Peregrinitas^h: Morbiⁱ: Disciplina-^{b. l. 2. s. remit-}
rum bonarúmque artium exercitium^{lz}: Capita-^{tit. ff. excus.}
les inimicitia^l, & ex iis etiam innumera, de qui-^{tutor.}
bus omnibus suo nobis ordine dicendum est.

f sed & propter Infl. excus. tutor.

h l. Illud usitatum & l. f. ff. eod.

lz l. si duas. s. Grāmatici excus tuto.

g .s. & qui potestatem. Infl. eod.

i .s. Item propter aduersam Infl. eod.

l tit. C. si ppter inimic. creat. fact. sit.

e tit. C. si tu-

tor vel cu-

rat. reip.

f l. index. c. bus, vim rei iudicatae non habent. Igitur decre-
 commina. tum cum caussæ cognitionem in se semper reci-
 epistol. t. L. 3. 5. si caus piat, nunquam de plano expediri interponique
 sa de bono. posseßio. poterit, quemadmodū satis liquido in minorum
 v. tit. de reb. alienationibus competitum est. Ac præterea quæ
 eorum. &
 C. de præd. decreto cauſsaque cognita statuta sunt, per libel-
 mino. lum non possunt reuocari. Quod etiam & hoc in
 x l. 3. c. com- negocio evenire potest. Constat ergo inter se hæc
 minar. epi- dissentire, tutorem excusari non posse per libel-
 stol. &c. lum, & excusationem per libellum posse pro-
 ponere. Hæc sunt quæ meo quidē iudicio de tu-
 torum excusationibus cum iureconsultorum re-
 sponsis sentiri debent.
F I N I S.

P A R I S I I S

Galeoto à Prato excudebat Matthæus David,

19. Calend. Septemb. 1552.

